



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4. De diuisione eius in partes subiectiuas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

aliquid, quod in opere contumatur, distinguitur in cogitationem, locutionem & opus, paria quia primo deliberavit hominem occidere, deinde dicit se occisuram & demum occidit illum, sic distinguitur non est species: quoniam omnia ista peccata sunt unius speciei, sed est gradus: quoniam gradum peccatum constituitur ex eo quod est in corde, & quod est in ore, &c. Et si bene perspexeris litera, utramque, in eadem inuenies.

Et haec tam de hac quaestione, quam de toto hoc opere ab Authore edito dicta sufficiant: hic enim felici transitu ad caelestem patriam praeventus diuus Thomas scribendi finem fecit: unde restitua alio modo tractanda sunt.

num, licet non secundum essentiam, fundamentum enim quodammodo uirtute continet totum aedificium. Et hoc modo contritio continet uirtute tota penitentiam.

AD TERTIUM dicendum, quod omnes partes integrales habent ordinem quendam adinuicem: sed quaedam habent ordinem tantum in situ, siue consequenter se habeant sicut partes exercitus, siue se tangant sicut partes acerui, siue etiam colligentur, sicut partes domus, siue etiam contriunguntur, sicut partes lineae. Quaedam uero habent insuper ordinem uirtutis, sicut partes animalis, quarum prima uirtute est cor, & aliae quodam ordine uirtutis dependent abinuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, sicut partes temporis, & motus. Partes igitur penitentiae habent adinuicem ordinem uirtutis, & temporis, quia sunt actus: non autem ordinem situs, quia non habent positionem.

At talibus, eadem etiam est de uenialibus. non ergo debent poni diuersae species poenitentiae.

¶ 3 Præter. Sicut post baptismum peccatur uenialiter, & mortaliter, ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur penitentia uenialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. non ergo conuenienter diuiditur penitentia per has species.

SED CONTRA est, quod Aug. in lib. de penitentia, ponit praedictas tres penitentiae species.

RESPON. Dicendum, quod haec diuisio est penitentiae secundum quod est uirtus. Est autem considerandum, quod qualibet uirtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circumstantias: unde & uirtus penitentiae actum suum habet in hoc tempore, secundum quod conuenit nouae legi. Pertinet autem ad penitentiam, ut detestetur peccata praeterita, cum proposito immutandi uitam in melius, quod est quasi penitentiae finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem, ut in secunda parte habitum est, ¶ conueniens est, quod diuersae species poenitentiae accipiantur secundum diuersas immutationes, quas poenitens intendit. Est autem triplex immutatio a poenitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam uitam, & haec pertinet ad penitentiam, quae est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem uitae praeteritae iam corruptae, & haec pertinet ad poenitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem uitae, & haec pertinet ad penitentiam uenialium, quae remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, ut supra dictum est. ¶

AD PRIMUM ergo dicendum, quod poenitentia, quae est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus uirtutis, disponens ad sacramentum baptismi.

AD SECUNDUM dicendum, quod poenitentia, quae delect peccata mortalia, delect etiam uenialia: sed non conuenitur. Et ideo haec duae poenitentiae se habent, sicut perfectum, & imperfectum.

AD TERTIUM dicendum, quod ante baptismum non sunt peccata uenialia sine mortalibus. Et quia ueniale sine mortali dimitti non potest, ut supra dictum est, * ideo ante baptismum non distinguitur poenitentia mortalium & uenialium.

In li. de utriusque poenitentiae & de medicina 19. tit. c. 2. 2. 2. 2.

1. 2. q. 1. ar. 1. & q. 1. ar. 4. & 6.

Q. 27. ar. 3. 2.

Q. 27. ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Utrum conuenienter diuidatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam uenialium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter diuidatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam uenialium. poenitentia, enim, est secunda tabula post naufragium (ut supra dictum est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet poni species poenitentiae. ¶ 2 Præter. Quod potest destruere maius, potest et destruere minus: sed mortale est maius peccatum, quam ueniale. Illa uero poenitentia, quae est de mor-

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L M M N N O O.

Omnes sunt Quaterniones, praeter OO, sunt Quinternio.

V E N E T I I S, M D X C I I.

Apud Dominicum Nicolinum.

